LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS

D. CAROLUS GOTTLOB KUEHN

PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE PROF. PUBL. ORD.

ET

UNIVERSITATIS LITERARUM LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIUS

PANEGYRIN MEDICAM

IN

AUDITORIO IURIDICO

DIE XXIV. MENS. MAII A. R. S. MDCCCXXXIX.

CELEBRANDAM

INDICIT

Apollonii Citiensis de articulis reponendis commentationis e cod. biblioth. Laurent. erutae

Pars X.

1839

Ἐμβολὴ τοῦ μηροῦ ἢ ἐπὶ κεφαλῆς καὶ [1] *τοῦ πήχεως τοῦ ἰατροῦ παρὰ τὸν περίναιον γινομένη, ἢν εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθῇ.*

Ἐπειδὴ πλειστάκις εἴρηκε τὸν μηρὸν εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθάνειν, καταλέγων πλείονας ἐμβολὰς ἐπὶ τούτου τοῦ τρόπου προσυπογέγραφεν. ἐχομένως γὰρ τὴν διὰ τοῦ ἀσκοῦ γινομένην ἐμβολήν, καίτοι γε οὐκ ἐυαρεστουμένην αὐτῷ κατὰ πᾶν, διὰ τούτων ἐκτέθειται· — εὐδοκιμεῖ δὲ καὶ ἀσκῷ τοῦτο τὸ ἄρθρον ἐμβάλλεσθαι. καὶ ἤδη μέν τινας εἶδον, οἵ τινες ὑπὸ φαυλότητος καὶ τὰ ἔξω [2] *ἐκκεκλιμένα καὶ τὰ ἐς τοὔπισθεν ἀσκῷ ἐμβάλλειν ἀπειράθησαν* [3] *οὐ γινώσκοντες ὅτι ἐξέβαλλον μᾶλλον ἢ εἰσέβαλλον. ὁ μέντοι πρῶ-*

1) Dietz. putat, forte addendum esse *διά*. 2) *κεκλιμένα* L. *τὰ μὴ ἐς τοὔπ.* L. *τὰ ὄπ.* F. M. 3) *οἱ* L. *γινώσκ. αὐτοῖς* L. sibi non conscii. *ἐξέβαλλεν — εἰσέβαλλεν·* L.

Femoris repositio per medici caput et cubitum iuxta perinaeum, ubi interiorem in partem exciderit.

Cum persaepe femur dixerit interiorem in partem excidere, pluribus reponendi modis commemoratis quandam rationem utris ope instituendam proxime subiicit. In qua ipsa quamquam non omnino acquiescens, tamen his exponit. Probandus etiam est, qui per utrem tentavit hunc articulum recondere, tametsi ego quosdam vidi, qui ob ineptiam tam quae extra, quam quae properiorem in partem eruperunt, per utrem recondere conarentur, nec articulum ita intelligerent potius ex-

τος ἐπινοήσας δῆλον ὅτι πρὸς τὰ εἴσω ὀλισθηκότα ἀσκῷ ἐμβάλλειν ἐπειρήσατο· ἐπίστασθαι μὲν οὖν χρὴ ὡς χρηστέον ἀσκῷ, εἰ δέει χρέεσθαι· διαγνώσκειν δὲ χρὴ ὅτι ἕτερα πολλὰ ἀσκοῦ κρείσσω. — Οὐ λίαν δὲ [1])ἐγκρίνων τὴν διὰ τοῦ ἀσκοῦ ἐμβολὴν, ὅμως περὶ αὐτῆς οὕτως ἀποφαίνεται· — χρὴ δὲ τὸν ἀσκὸν ἐνθεῖναι ἐς τοὺς μηροὺς ἀφύσητον ἐόντα, ὡς ἂν [2])οἷόν τε ἀνωτάτω πρὸς τὸν περίναιον ἄνω ἀνάγοντα, ἀπὸ δὲ τῶν ἐπιγουνίδων ἀρξάμενον ταινίῃ πρὸς ἀλλήλους τοὺς μηροὺς καταδῆσαι μέχρη τοῦ ἡμίσεως, ἔπειτα δὲ [3])εἰς ἕνα τῶν ποδῶν τῶν λελυμένων ἐνθέντα [4])αὐλὸν ἐκ χαλκείου φῦσαν ἀναγκάζειν εἰς τὸν ἀσκόν· τὸν δὲ ἄν-

1) ἐκκρίνων L. 2) οὖν ἥτε L. Coniecit Dietz. οἷον τε· δύναιτο F. M. Hippocr. 3) ἐν δυοῖν ποδέοιν ὃν τῶν λελ. L. ποδῶν Cod. Laur. in Hippocr. libro de articulis. Pedes utris quatuor anguli dicuntur, caprae pedum reliquiae. Saepius in Hispania vinum huiusmodi utribus inclusum, qui pleni tumidique caprae formam referunt, a mulionibus transvehi cognovit, iisque mulis impositis loco clitellarum usus est viator Dietz. 4) αὐλῷ χαλκίου φύσι ἐναγκάζειν L.

pelli, quam restitui. Interea autem eum, qui id primus excogitavit, quae intro luxata fuerunt, per utrem reponere tentasse satis inter omnes constat. Atque ita nosse convenit, si usus exigat, utre esse utendum: sciendum tamen etiam est, alia multa utre esse praestantiora. — Quamquam igitur modum illum non prorsus improbaverit, tamen de ea his deinceps proponit: uter autem non inflatus inter femora collocandus est sic ut quoad eius fieri poterit, sublimis maxime ad interfeminium adducatur, tum a patellis cepta sint femora inter se fascia vinciri, quae ad eorum partem mediam tendat, deinde tubulo follis fabrilis

ϑρωπον πλάγιον κατακέεσθαι, τὸ σιναρὸν σκέλος ἐπιπολῆς ἔχοντα. ἡ μὲν παρασκευὴ αὕτη· σκευάζονται δὲ [1])κάκιον οἱ πλεῖστοι ἢ ὡς ἐγὼ εἴρηκα· οὐ γὰρ καταδέουσι τοὺς μηροὺς ἐπὶ συχνῶν, ἀλλὰ μόνον τὰ [2])γούνατα, οὐδὲ κατατείνουσι. χρὴ δὲ καὶ προκατατείνειν· ὅμως δὲ ἤδη τινὲς ἐνέβαλλον ῥηϊδίου πράγματος ἐπιτυχόντες. — ἓν τρόπον δ' ἄν τις χρήσαιτο τῇ διὰ τοῦ ἀσκοῦ ἐνθέσει, τὸ ὑποτεταγμένον ὑπόδειγμα περιέχει.

Ἐμβολὴ μηροῦ ἡ διὰ τοῦ ἀσκοῦ γινομένη, ἣν εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθῇ.

Ἐχομένως δὲ ἄλλης ἐμβολῆς διὰ τούτων μνημονεύει· — ἐμβάλλεται δὲ μηροῦ καὶ τόνδε τὸν τρόπον, ἢ εἰς τὸ ἔσω ὀλισθῇ

1) *τάχιον* L. 2) *γώνατα* L.

in pedum corruptorum quendam immisso aër immittatur in utrem. Homo vero in latus decumbere debet, sic ut crus affectum in superiore habeat parte. Atque huiusmodi quidem est apparatus. Plerique tamen deterius, quam ego dixi, conficiunt. Neque enim femorum magnam partem, sed genua tantum devinciunt, neque insuper extendunt, quod tamen necessarium est. Nihilominus tamen nonnulli faciliori modo opus perfecerunt. Quomodo vero quis utris impositione utatur, exemplum subiectum ostendit.

Femoris repositio per utrem, si articulus interiorem in partem elapsus fuerit.

Sequitur, quod de alia reponendi ratione ita memorat. Femoris item sive interiorem in partem, sive anteriorem luxa-

ἢ καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν. κλίμακα χρὴ κατορύξαντα περικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον, εἶτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος ἡσύχως κατατείνοντα προσδῆσαι ὅπου ἂν ἁρμόσῃ, ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ [1]) εἰς κεράμιον ὕδωρ ἐγχέοντας ἐκκρεμάσαι ἢ ἐς σφυρίδα λίθους ἐμβαλλόντας. — [2]) Τοῦτον τὸν τρόπον δὲ δεῖ καὶ τὸν προκείμενον καταρτισμὸν ποιεῖσθαι.

Ἐμβολὴ μηροῦ ἡ διὰ τῆς κλίμακος καὶ τοῦ κεραμίου γιγνομένη, ἣν εἰς τὸ εἴσω μέρος ὀλισθῇ.

[3]*Ἐχομένως δὲ καὶ ἄλλου τρόπου διὰ τούτων μνημονεύει·* — ἕτερος τρόπος ἐμβολῆς, ἣν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ, στρωτῆρα χρὴ διαδῆσαι μεταξὺ δύο στύλων ὕψος ἔχοντα σύμμετρον. προσεχέτω

1) εἰς omitt. L. ἐγχέας — ἐμβαλὼν L. fortasse scribendum esse ἐκκρέμασαι. 2) τοῦτον omittunt codd. τοῦτον in marg. F.

tus fuerit, hunc quoque in modum reconditur. Scalae in terram defixae homine insidente tum crus integrum leviter extensum, qua commodum videbitur, alligandum, ex affecto autem vas fictile aqua plenum adpendendum, aut sporta, in quam lapides coniecti fuerunt. Hoc autem modo praesentem reponendi rationem institui necesse est.

Femoris repositio per scalam et vas fictile, quum in interiorem partem prociderit.

De alia quoque reponendi ratione his, quae sequuntur, disserit: — Si interiorem in partem luxatio obtigerit, trabs iusta altitudine inter duas columnas deliganda est, cui ab una

δὲ τοῦ στρωτῆρος κατὰ τὸ ἓν μέρος ὅσον τὸ πυγαῖον, περιδήσας δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου ἱμάτιον ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ προσέχον τοῦ στρωτῆρος, εἶτα προςβάλλειν τὸ στῆθος πρὸς τὸν στύλον πλατεῖ τινι· ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος κατεχέτω τις, ὡς μὴ περισφάλληται, ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐκκρεμάσαι βάρος ὅσον ἁρμόζει. — Δεῖ δὲ καὶ ταύτην τὴν ἐμβολὴν οὕτως καταρτίζεσθαι.

Ἐμβολὴ μηροῦ ἡ διὰ τοῦ στρωτῆρος καὶ τοῦ βάρους τοῦ σκέλους γινομένη, ἢν εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθῇ.

Ἐχομένως δὲ καὶ ἄλλου τρόπου διὰ τούτων μνημονεύει· — ἕτερος τρόπος ἐμβολῆς, ἢν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ. στρωτῆρα χρὴ διαδῆσαι μεταξὺ δύο στίλων ὕψος ἔχοντα σύμμετρον. προςεχέτω δὲ τοῦ στρωτῆρος κατὰ τὸ ἓν μέρος ὅσον τὸ πυγαῖον. περιδή-

parte, quae pro magnitudine natium extet, aeger se applicet, obvolutoque pectori stragulo homo contiguae trabis parti insideat; tum pectore ad columnam lata quadam habena adducto demum crus integrum ne circumaberret, ab aliquo contineatur, laeso vero pondus, quantum convenire videbitur, adpendatur. Praesentem autem reponendi rationem hoc modo instituendam esse censuerim.

Femoris repositio per trabem crurisque pondus, ubi intro excidit.

De alia quoque reponendi ratione his, quae sequuntur, disserit: Si interiorem in partem luxatio obtigerit, trabs iusta altitudine inter duas columnas deliganda est, cui ab una parte

σας δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου ἱμάτιον ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ προσέχον τοῦ στρωτῆρος, εἶτα προσβάλλειν τὸ στῆθος πρὸς τὸν στύλον πλατεῖ τινι· ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος κατεχέτω τις, ὡς μὴ περισφάλληται, ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐκκρεμάσαι βάρος ὅσον ἁρμόζει. — Δεῖ δὲ καὶ ταύτην τὴν ἐμβολὴν οὕτως καταρτίζεσθαι·

Ἐμβολὴ μηροῦ ἡ διὰ τοῦ στρωτῆρος καὶ τοῦ βάρους τοῦ σκέλους γινομένη, ἣν εἰς τὸ ἔσω μέρος ὀλισθῇ.

Ὃν τρόπον δὲ ἐπὶ ὤμου πλείονας ἐμβολὰς τάξας ἐπὶ πᾶσι κράτιστον καταρτισμὸν κατεχώρισεν, οὕτως καὶ ἐπὶ μηροῦ τὸ ὅμοιον πεποίηκεν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἁπλῶν ἐπὶ τὴν ὀργανικὴν κατήντηκε κατάτασιν καὶ μοχλείαν [1])ἥτις βαιοτέρας ἀνάγκας ἔχει καὶ

1) εἴτε L.

quae pro magnitudine natium exstat, aeger se applicet, obvolutoque pectori stragulo homo contiguae trabis parti insideat, tum pectore ad columnam lata quadam habena adducto demum crus integrum ne circumerret, ab aliquo contineatur, laeso vero pondus, quantum convenire videbitur, adpendatur. Praesentem autem reponendi rationem hoc modo instituendam censuerim.

Femoris repositio per trabem crurisque pondus, ubi intro excidit.

Quemadmodum pluribus humeri reponendi rationibus memoratis optimam semper adiunxit, ita quoque de femore loqui aggressus est. A simplicibus enim ad extensionem instrumen-

πρὸς τῶν ἄλλων ἄρθρων καταρτισμὸν καὶ πρὸς μηροῦ διεξηρθρηκότος ἐμβολὰς. ὅθεν ἐχομένως τοῦ Ἱπποκράτους περὶ τῆς τοῦ ὀργάνου κατασκευῆς μνημονεύονος, πρότερον τὸ ὑπόδειγμά σοι καταγραφήσεται, εἶτα αἱ γινόμεναι διὰ τούτου τοῦ μηροῦ ἐμβολαί. διασαφεῖ δὲ οὕτως· — εἴρηκα δὲ καὶ πρόσθεν ἤδη ὅτι ἐπάξιον ὅστις ἐν πόλει [1])πολυανθρώπῳ ἰητρεύει, ξύλον κεκτῆσθαι τετράγωνον ὡς ἑξάπηχυ ἢ ὀλίγῳ μείζων, εὖρος δὲ δίπηχυ· πάχος δὲ ἀρκέσει σπιθαμαῖον· ἔπειτεν κατὰ μῆκος μὲν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τομὴν ἔχειν, ὡς μὴ ὑψηλοτέρη τοῦ καιροῦ ἡ μηχανὴ ᾖ· ἔπειτα φλιὰς [2])βαθείας, ἰσχυρὰς καὶ ἰσχυρῶς ἐνηρμοσμέναις ὀνίσκον ἔχειν ἑκατέρωθεν· ἔπειτα ἀρκέει μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ξύλου. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ παντὸς ἐκτετμῆσθαι ὥσπερ κατέτους

1) ἀνθρώπῳ L. 2) βραχείας F. M. Hippocr.

tis faciendam ad vectem devenit, si maiorem quidem vim res exigit et ad femur loco emotum restituendum, et ad alios articulos componendos. Quum igitur Hippocrates de instrumento adparando mentionem moveat, exemplum eius tibi prius proponetur, dein femoris repositiones huius ope factae. Declarat autem sic. — Monui autem iam in superioribus, eum qui in frequentata urbe medicinam facit, lignum quadrangulum sex fere cubitorum aut paullo maius, latitudine bicubitali, cuius crassitudo dodrantalis sufficiet, in promptu habere debere. Id praeterea hic illic sectionem habeat in longitudinem, ne machina convenientem altitudinem excedat; postes insuper asellos breves, validos, utraque parte insertos habeat; tum satis quidem est, si in dimidia ligni parte nihil prohibet, quominus

μακρὰς ἢ πέντε ἢ ἕξ, διαλειπούσας ἀπ' ἀλλήλων ὡς τέσσαρας δακτύλους. αὐτὰς δὲ ἀρκέει εὖρος τριδακτύλους εἶναι καὶ βάθος οὕτως· ἔχειν δὲ κατὰ μέσον τὸ ξύλον καὶ καταγλυφὴν βαθυτέρην [1]ἔτι τετράγωνον ὡς τριῶν δακτύλων· καὶ ἐς μὲν τὴν καταγλυφὴν ταύτην, ὅταν [2]δοκέῃ, προσδεῖν ξύλον ἐμπηγνύντα ἐναρμόσον τῇ καταγλυφῇ, τὸ δὲ ἄνω στρογγύλον [3]ἐμπηγνύναι δέ, ὡς ἄν ποτε δοκῇ συμφέρειν, μεσηγὺ τοῦ περιναίου καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ. τοῦτο τὸ ξύλον [4]ἑστεὸς, κωλύει τὴν ἐπίδοσιν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα τοῖς πρὸς ποδῶν ἕλκουσιν. ἐνίοτε γὰρ ἀρκέσοι ἂν αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο ἀντὶ τῆς ἄνωθεν ἀντικατατάσιος. ἐνίοτε δὲ κατατεινομένῳ ἔνθεν καὶ ἔνθεν αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο χαλαρὸν ἐγκείμενον [5]ἐν τῇ ῥοπῇ ἐκμοχλεύειν ἐπιτήδειον ἂν εἴη

1) ἐπὶ F. M. Hippocr. 2) δοκέῃ omitt. L. δέῃ codd. Hippocr. aliquot. 3) ἐμπήγνυνται, ὡς L. 4) ἔσται ὡς L. 5) ἢ τῇ ἢ τῇ F. M. Hippocr.

etiam per totum quinque aut sex fossulae longae, quatuor inter se digitis distantes, incidantur, quibus trium digitorum latitudo eademque altitudo sufficit. In medio autem alte exsculptum cavum in quadrangulam figuram ad tres fere digitos lignum habere oportet, in quod, ubi necessarium videatur, lignum cavo accommodatum, superiore vero parte teres defigatur inter perinaeum et femoris caput. Hocce lignum impediet, quominus corpus, qui in pedibus trahunt, cedat. Interdum vero hoc ipsum lignum, dum crus utrinque extenditur, in hanc illamve partem laxius incumbens idoneum fuerit, quod caput femoris exteriorem in partem molitione impellet. Ea enim de caussa ex-

τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐς τὸ ἔξω μέρος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αἱ [1])καπέποι ἐντέτμηνται, ὡς καθ' ὁποίην ἂν αὐτέων [2])ἁρμόσῃ, ἐμβαλλόμενος ὁ ξύλινος μοχλὸς μοχλεύει ἢ παρὰ τὰς κεφαλὰς τῶν ἄρθρων ἐρειδόμενος ἅμα τῇ κατατάσει ἤν τε ἐς τὸ ἔξω μέρος [3])συμφέρῃ ἐκμοχλεῦσαι καὶ ἤν τε στρογγύλον τὸν μοχλὸν συμφέρῃ εἶναι ἤν τε πλάτος ἔχοντα. [4])ἄλλος γὰρ ἄλλῳ τῶν ἄρθρων ἁρμόσει· εὔχρηστος δὲ ἐφ' ἁπάντων τῶν ἄρθρων [5])ἐμβολὴ τῶν κατὰ τὰ σκέλεα αὖτη ἡ μόχλευσις σὺν τῇ κατατάσει. περὶ οὗ μὲν οὖν ὁ λόγος ἐστὶ στρογγύλος [6])ἁρμόσει ὁ μοχλὸς εἶναι· τῷ μέντοι ἔξωθεν ἐκπεπτωκέναι ἄρθρῳ πλατὺς ἁρμόσει εἶναι. ἀπὸ τούτων τῶν μηχανῶν καὶ ἀναγκέων οὐδὲν ἄρθρον μοι δοκέει οἷόν τε εἶναι ἀποριθῆναι τοῦ ἐμπεσεῖν. — Ἡ μὲν οὖν

1) καπέδοι L. 2) ἁρμόγε, L. 3) συμφέρῃ omitt. L. 4) ἄλλως γ. ἄλλως L. 5) ἐμβολὴν L. 6) ἁρμόσειεν L.

cisae fossulae sunt, ut, ad quam congruere videbitur, demisso vecte ligneo, aut iuxta ipsa articulorum capita, aut in ea penitus impacta una cum extensione vel exteriorem, vel interiorem in partem, prouti conducere videbitur, molitio adhibeatur, idque sive teretem vectem, sive latum esse oportet, quum alius aliis articulis accommodatior sit. Haec autem per vectem faciunda molitio cum concussione ad omnes crurum articulos reponendos maximam vim exhibet. Verum in eo, quod in quaestione versatur, rotundum vectem esse convenit, sed latitudo ad articulum extra emotum accommodari debet. Ad haec machinamenta si vis illata fuerit, nullus articulus mihi repositione frustrari posse videtur. Quo modo istud quidem instrumen-

ἀπὸ τοῦ Ἱπποκράτους γεγενημένη τῆς ὀργανικῆς σανίδος ἐπίνοια διὰ τούτων σεσήμανται. ἡ δὲ τούτου τοῦ ὀργάνου κατασκευὴ τὸν ὑποδεδειγμένον τρόπον ἔχει.

tum, ab Hippocrate inventum, animo informari debeat, his traditum est, sed ipsius instrumenti conficiendi modum hoc exemplar, quod suffiximus, continet.

Nolo plura addere. Potius me converto ad id, cuius causa haec prolusio scripta est. Scilicet summis in arte salutari ornari cupit, curriculo academico cum eximia laude absoluto, Vir Ornatissimus

ALEX. LUDOV. EDUARDUS PETZOLDT

SCHOENAVIENSIS LUSATUS

MED. AC CHIR. BACCALAUREUS DIGNISSIMUS,

qui quomodo se ad suam artem, in concivium suorum salutem recte exercendam praeparaverit, optime ex ipsius vitae academicae curriculo, quem ad me scripsit, patebit.

Natus sum Schoenaviae a. h. s. XI., patre Carolo Augusto *puerorum magistro, cuius praematuram lugeo mortem, matre* Johanna Dorothea *e gente* Schoeniana, *quam Deus O. diu mihi conservet incolumem. Primis litterarum elementis acceptis a b. patre, a. h. s. XXVIII. gymnasium Zittaviense* Lindemanno *Directore, a. h. s.*

XXX. autem gymnasium Budissinum M. Sibelisio Rectore frequentare coepi. A. h. s. XXXIII. inter cives academiae medico-chirurgicae Dresdensis receptus, his interfui acroasibus: de arte logica et hodegetica Exc. Loewii, de encyclopaedia ac methodologia, medicinaque militari Exp. Sahlfelderi, de historia naturali Ill. Reichenbachii, de chemia et physice Exp. Ficini, de anatomia et physiologia Ill. Seileri et Exp. Guentheri, de pathologia ac therapia, de pharmacologia et arte formulas medicas concinnandi Ill. ab Ammon, de chirurgia Exp. Pechii, de arte obstetricia Exp. Haasii, et de pathologia et therapia speciali, nec non de praxi medica Ill. Choulanti. Ceterum Exp. Guentherus in cadaveribus secandis et Exc. Haufius in arte applicandi fascias et de acologia exstiterunt mihi magistri. Instituta clinica duos annos frequentavi integros. Examine maturitatis interea rite superato a. h. s. XXXVI. Lipsiam me contuli. Ibi ab Ill. Guenthero, t. t. Rectore, in album almae Universitatis relatus praeceptores habui in physiologia Exp. Weberum, in anatomia comparativa Exp. Volkmannum, in botanice Exp. Kunzium, in physice Exp. Fechnerum, in chemia Exp. Kuehnium filium, in anthropologia, psychologia, psychologia criminali et medicina psychica Ill. Heinrothium, in pharmacologia Exp. Radium, in arte obstetricia Ill. Joergium, in operationibus chirurgicis instituendis et ophthalmiatria Exper. Kuhliun, in chirurgia medica et morbis syphiliticis Exc. Waltherum: de cataracta et amaurosi exponentem audivi

Exp. Kuehnium patrem, de medicina forensi Exp. Wendlerum, de arte percutiendi et auscultandi Ill. Clarum, de aesthice Exc. Krugium, de historia philosophiae Exc. Niednerum. Denique institutum clinicum regium frequentavi, ducibus Claro, Kuhlio et Wendlero; obstetricium Joergio; ophthalmiatricum Ritterichio; medico-psychicum Radio. Denique gratissimo animo agnosco benevolentiam erga me Viri Exp. Radii, cui integrum per annum ad manus eram in nosocomio St. Georgi, et Exp. Guentzii, cui fere per annum eram manuensis in nosocomio suo psychico, quod in pago Moeckern prope Lipsiam floret.

Examen theoreticum pro baccalaureatus honore a. h. s. XXXVII., practicum vero, quod rigorosum vocatur, anno sequente feliciter superavi.

In utroque tentamine talem ostendit doctrinam, ut in priore secunda, in posteriore prima censura ornatus e nostro consessu dimitteretur. Nunc ultimum eruditionis specimen, omnibus medicinae candidatis in nostra literarum universitate prius edendum, quam doctoris medicinae et chirurgiae iuribus ditari possunt, exhibebit proximo die XXIV. mens. Maii, quo dissertationem suam „*de usu fomentationum frigidarum in morbis psychicis curandis*“ contra adversarios publice tuiturus est. Quo cum laude exhibito, ego, qui Cancellarii vicarii munere instructus sum, promeritos Licentiati medicinae honores in Ipsum conferam.

Ad quam solemnitatem academicam praesentia sua splendidiorem reddendam RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICUM, PRINCIPEM SERENISSIMUM, GRAVISSIMOS UTRIUSQUE REIPUBLICAE PROCERES, COMMILITONES ORNATISSIMOS DILECTISSIMOSQUE summa, qua par est, humanitate invito.

P. P. A. R. S. MDCCCXXXIX. ipso die, quo memoria reformationis sacrorum, ante annos trecentos in hac ipsa urbe a Luthero factae, celebrabitur.

TYPIS STARITZII, TYPOGR. ACAD.

3 0112 105480047